SR. HEILIGKEIT PAPST PIUS' XI.

DIVINI CULTUS SANCTITATEM



Die Apostolische Konstitution Divini
cultus sanctitatem, datiert vom 20. De-
zember 1928, ist veröffentlicht in
den Acta Apostolicæ sedis vom
6. Februar 1929.

DE LITURGIA DEQUE CANTU GREGORIANO ET MUSICA SACRA COTIDIE MAGIS PROVEHENDIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divini cultus sanctitatem tuendi cum Ecclesia a Condитore Christo munus acceperit, eiusdem est profecto, salva quidem Sacrificii et sacramentorum substantia, ea præcipere — cærimonias nempe, ritus, formulas, preces, cantum — quibus ministerium illud augustum et publicum optime regatur, cuius peculiare nomen est *Liturgia*, quasi actio sacra præcellenter. Atque res utique sacra est liturgia; per eam enim ad Deum evehimur ipsique coniungimur, fidem nostram testamur nosque gravissimo ei obligamur officio ob accepta beneficia et auxilia, quibus perpetuo indigemus. Hinc intima quædam necessitudo inter dogma et liturgiam sacram, itemque inter cultum christianum et

Die Liturgie, der Gregorianische Choral und die Kirchenmusik sollen täglich mehr gefördert werden.

Pius, Bischof,
Diener der Diener Gottes zu immerwährendem
Gedenken.

Die Kirche hat von ihrem Stifter Christus die Aufgabe erhalten, die Heiligkeit des Gottesdienstes zu wahren. Daher ist es offenbar ihre Aufgabe, unbeschadet des Wesens des hl. Opfers und der Sakramente, geeignete Vorschriften betreffs der Zeremonien, Gebräuche, Formularien, Gebete und des Gesanges zu erlassen, die aufs beste den erhabenen öffentlichen Kult ordnen. Sein besonderer Name ist „Liturgie“, sozusagen die heilige Aktion in hervorragendem Sinne. Fürwahr, etwas Heiliges ist die Liturgie, denn durch sie werden wir zu Gott erhoben und mit ihm vereinigt, in ihr legen wir Zeugnis ab für unsern Glauben; zu ihr sind wir auch strengstens verpflichtet aus Dankbarkeit für die Wohltaten und Gnaden, die wir empfangen haben und deren wir stets bedürfen. Daher besteht ein notwendiger Zusammenhang zwischen Dogma und heiliger Liturgie und ebenso zwis-

populi sanctificationem. Quapropter Cælestinus I fidei canonem expressum esse censēbat in venerandis liturgiæ formulis; ait enim: »*legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctorum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, et tota secum Ecclesia congre- miscente postulant et precantur*¹⁾».

Quæ communes supplicationes primum *opus Dei*, deinde *officium divinum* appellatæ, quasi debitum cotidie Deo solvendum, noctu dieque olim fiebant, magna quidem christianorum frequentia. Ac mirum quantum iam inde ab ipsa antiquitate temporum ingenuæ illæ cantilenæ, quæ sacras preces actionemque liturgicam exornabant, ad fo- vendam in populo pietatem contulerunt. Namque in veteribus præsertim basilicis, ubi episcopus, clerus populusque divinas laudes alterne concinebant, non parum liturgici cantus eo valuere ut plurimi ex barbaris ad christianum civilemque cultum, historia teste, adducerentur. In templis catholicæ rei

¹⁾ *Epist. ad episcopos Galliarum, Patrol. Lat., L, 535.*

schen dem christlichen Gottesdienst und der Heiligung des Volkes. Deshalb fand Coelestin I. in den ehrwürdigen Texten der Liturgie die Glaubensregel ausgedrückt. Er sagt nämlich: „Die Norm des Betens soll maßgebend sein für die Norm des Glaubens. Denn wenn die Bischöfe der christlichen Völker des ihnen aufgetragenen Amtes walten, vertreten sie vor Gottes Güte die Sache des ganzen Menschengeschlechtes, und wenn sie bitten und flehen, betet die ganze Kirche mit ihnen.“¹⁾

Diese gemeinsamen Gebete, zuerst „opus Dei“ (Werk Gottes), später „officium divinum“ (Gottesdienst) genannt, wurden als ein Gott täglich geschuldetes Werk betrachtet und einst Tag und Nacht unter reger Teilnahme des christlichen Volkes verrichtet. Und es ist wunderbar, wie sehr bereits von den ältesten Zeiten an jene edlen Gesänge, welche die heiligen Gebete und den liturgischen Kult verschönerten, zur Förderung der Frömmigkeit im Volke beigetragen haben. Denn vor allem in den alten Basiliken, wo einst Bischof, Klerus und Volk abwechselnd das Gotteslob sangen, war es nicht zuletzt die Wirkung der liturgischen Gesänge, daß Barbaren in großer Zahl für das Christentum und die Kultur gewonnen wurden, wie die Geschichte bezeugt. In den Gotteshäusern drangen die

¹⁾ Brief an die Bischöfe Frankreichs. Patrol. Lat. L, 535.

oppugnatores altius sanctorum communionis dogma didicerunt; quamobrem Valens imperator, arianus, præ divini mysterii maiestate, a S. Basilio peracti, stupore quodam insolito correptus, animo deficiebat; ac Mediolani S. Ambrosius ab hæreticis arguebatur se turbas liturgicis cantibus fascinare, quibus quidem percussus Augustinus consilium cepit Christi fidem amplectendi. In ecclesiis deinde, ubi ex tota fere civitate chorus ingens fiebat, opifices, ædium fabri, pictores, sculptores, litterarum ipsi studiosi, per liturgiam ea theologicarum rerum cognitione imbuebantur, quæ hodie ex illius ætatis mediae monumentis tantopere elucet.

Ex his intelligitur cur Romani Pontifices tantam adhibuerint sollicitudinem in liturgia tutanda et custodienda; et quemadmodum tam multa erat eis cura in dogmate aptis verbis exprimendo, ita liturgiæ sacræ leges ordinare, tueri et ab omni adulteratione præservare studuerint. Itemque patet cur Sancti Patres liturgiam sacram (seu *supplandi legem*) verbis scriptisque commentati sint; et Tridentinum Concilium voluerit eam esse christiano populo exponendam et explicandam.

Widersacher der katholischen Lehre tiefer in den Glaubenssaß von der Gemeinschaft der Heiligen ein. So wurde der arianische Kaiser Valens angesichts der erhabenen Pracht der von einem heiligen Basilius gefeierten göttlichen Geheimnisse von ungewöhnlichem Staunen ergriffen und gab sich besiegt. Ja, in Mailand beschuldigten die Irrlehrer den heiligen Ambrosius, er bezaubere die Menge durch die liturgischen Lieder. Von ihnen wurde auch Augustinus so erschüttert, daß er sich zur Annahme des christlichen Glaubens entschloß. In den Kirchen, wo fast die ganze Bürgerschaft einen gewaltigen Chor bildete, nahmen die Künstler, die Baumeister, Maler und Bildhauer und auch die Gelehrten durch die Liturgie jene Kenntnis der theologischen Wahrheiten in sich auf, die uns noch heute aus den Kunstwerken des Mittelalters so hell entgegenleuchtet.

So verstehen wir, warum sich die römischen Päpste so große Mühe gaben, die Liturgie zu schützen und zu erhalten. Wie es ihnen so sehr am Herzen lag, die Glaubenslehre in treffenden Ausdrücken zu formulieren, so bemühten sie sich auch, die Normen der heiligen Liturgie festzusetzen, zu sichern und vor jeglicher Verfälschung zu bewahren. Ebenso ist es klar, warum die heiligen Väter die kirchliche Liturgie (oder die Norm des Betens) in Wort und Schrift erklärten und warum das Konzil zu Trient vorschrieb, sie dem christlichen Volke darzulegen und zu erläutern.

Quod vero ad nostra hæc tempora attinet, Pius X, abhinc annos XXV in præscriptionibus illis *Motu Proprio* promulgandis, quæ ad cantum gregorianum et musicam sacram pertinent, hoc in primis sibi proposuit ut scilicet christianum spiritum in populis excitaret et aleret, ea sapienter removendo quæ templi sanctitudinem maiestatemque dedecerent. Etenim ob eam causam ad ædes sacras fideles conveniunt ut pietatem inde, tamquam ex præcipuo fonte, hauriant, veneranda Ecclesiæ mysteria ac publicas sollemnesque preces actuose participando. Permagni igitur interest quidquid est liturgiæ ornementum normis quibusdam præceptisque Ecclesiæ contineri, ut artes reapse, velut par est, quasi ancillæ nobilissimæ divino cultui inserviant; quod quidem nedum in detrimentum, in maiorem potius dignitatem splendoremque ipsarum artium quæ in sacris locis adhibentur certe cedet. Idque mirum sane in modum in musica sacra effectum est: ubicumque enim præscriptiones illæ diligenter sunt in usum deductæ, ibidem cum lectissimæ artis venustates reviviscere, tum religiosi spiritus late florere cœperunt; properea quod populus christianus, liturgico sensu altius imbutus, et eucharisticum ritum

x (lat 70)

Für unsere heutige Zeit aber hat Pius X. vor nunmehr 25 Jahren in einem „Motu proprio“ seine bekannten Vorschriften über den Gregorianischen Choral und die Kirchenmusik veröffentlicht. Dabei verfolgte er hauptsächlich das Ziel, den christlichen Geist unter den Völkern zu wecken und zu nähren durch weise Beseitigung alles dessen, was sich für die Heiligkeit und Würde der Kirche nicht ziemt. Denn die Gläubigen kommen ja in der Absicht ins Gotteshaus, um dort die Frömmigkeit gleichsam aus erster Quelle zu schöpfen durch aktive Teilnahme an den verehrungswürdigen Mysterien der Kirche und dem öffentlichen, feierlichen Gebet. Es ist also von weittragender Bedeutung, daß alles, was zum Schmuck der Liturgie dient, durch bestimmte Gesetze und Vorschriften der Kirche geregelt werde. Denn die Künste sollen, wie es angemessen ist, wirklich als vornehmste Dienerinnen dem Gottesdienst sich unterordnen. Das gereicht sicherlich den Künsten, die an heiliger Stätte Verwendung finden, nicht zum Schaden, vielmehr zur Erhöhung ihrer Würde und ihres Glanzes. Auf geradezu staunenswerte Weise ist das bei der Kirchenmusik zur Tatsache geworden. Denn überall, wo man jene Vorschriften sorgfältig zur Ausführung gebracht hat, da begann diese auserlesene Kunst in ihrer anziehenden Schönheit wieder aufzuleben, da begann auch religiöse Besinnung weithin zu erblühen. Gewöhnte sich doch das christliche Volk, das so in den liturgischen Geist tiefer eindrang, mehr und mehr daran, am eucha-

et psalmodiam sacram et supplicationes publicas participare impensius consuevit. Quod Nos quidem ipsi tum iucunde experti sumus, cum, primo Pontificatus Nostri anno, ingens clericorum chorus ex omni natione liturgiam sollemnem, quam in Vaticana Basilica celebravimus, gregoriano cantu nobilitavit.

Iam vero dolendum hic est quibusdam in locis eas leges sapientissimas plene non fuisse in usum deductas; ideoque optatos fructus inde perceptos non esse. Namque probe novimus vel dictitasse aliquos se eis legibus non teneri quæ tam sollemniter edictæ fuerant; vel nonnullos, primum quidem iisdem paruisse, sed pedetentim ei musicæ generi indulsisse quod est omnino a templis arcendum; vel denique alicubi, cum præsertim sœularia sollemnia in memoriam celebrarentur musicorum illustrium, causam inde quæsitam esse quædam opera in templo exsequendi quæ, quamvis præclara, cum sacri loci et liturgiæ sanctitati non congruerent, in ecclesiis nequaquam erant adhibenda.

At tamen, quo clerus populusque eis legibus et præscriptionibus, quæ sancte, in-

ristischen Kult, am heiligen Psalmengesang und an den öffentlichen Gebeten teilzunehmen. Das haben Wir selbst zu Unserer großen Freude erlebt, als im ersten Jahre Unseres Pontifikates ein gewaltiger Chor von Klerikern aus allen Nationen den feierlichen Gottesdienst, den Wir in der vatikanischen Basilika abhielten, durch Gregorianischen Gesang verschönte.

Doch müssen Wir hier Unser Bedauern darüber aussprechen, daß mancherorts diese weisen Gesetze nicht voll zur Durchführung gelangt sind und deshalb die gewünschten Früchte nicht gewonnen wurden. Denn es ist Uns wohlbekannt, daß manche erklärt haben, sie seien an diese Gesetze nicht gebunden, die doch in so feierlicher Form erlassen worden waren. Andere haben sich wohl anfangs daran gehalten, aber allmählich wieder jener Art von Musik Eingang gewährt, die durchaus von den Kirchen fernzuhalten ist. Endlich hat man mancherorts, besonders wenn Jahrhundertfeiern zum Gedächtnis berühmter Musiker begangen wurden, das zum Anlaß genommen, gewisse Werke in der Kirche aufzuführen, die, mögen sie auch noch so vortrefflich sein, doch zur Heiligkeit der geweihten Stätte und der Liturgie nicht paßten und daher unter keinen Umständen in den Gotteshäusern hätten aufgeführt werden dürfen.

Damit aber Klerus und Volk diese Gesetze und Vorschriften, die in der ganzen Kirche heilig zu halten und

violateque in Ecclesia universa servandæ sunt, religiosius pareat, nonnulla heic adiicere placet, quæ nempe hoc XXV annorum spatio experiendo didicimus. Idque eo libentius Nos facimus quod hoc anno non solum musicæ sacræ restaurationis, quam diximus, recordatio, sed etiam memoria monachi illius Guidonis Arretini celebrata est; qui, cum circiter abhinc annos nongentos, Romani Pontificis iussu, in Urbem venisset, ingeniosum illud suum inventum protulit, quo liturgici cantus, iam inde ab antiquitate traditi, et facilius evulgarentur, et, ad Ecclesiæ artisque ipsius utilitatem ac decus, integre servarentur in posterum. In Lateranis ædibus, ubi antea S. Gregorius Magnus, monodiæ sacræ thesauro — hereditate quidem monumentoque Patrum — collecto, digesto et aucto, *Scholam* illam percelebrem, ad veram liturgicorum cantuum interpretationem perpetuandam, tam sapienter constituerat, Guido monachus experimentum egit mirifici sui inventi, coram romano clero ipsoque Pontifice Maximo; qui, rem eximie probando meritaque laude prosequendo, hoc effecit ut eadem innovatio longe lateque paullatim propagaretur, atque omne musicæ artis genus magnum inde caperet incrementum.

unverbrüchlich zu beachten sind, gewissenhaft befolgen, wollen Wir hier noch einiges befügen, was Uns die Erfahrung in diesen 25 Jahren gelehrt hat. Wir tun dies um so lieber, als in diesem Jahr nicht nur das Gedächtnis der genannten Erneuerung der Kirchenmusik, sondern auch das Andenken an den berühmten Mönch Guido von Arezzo gefeiert wurde. Dieser kam vor etwa 900 Jahren auf Geheiß des Papstes nach Rom und legte seine geniale Erfindung vor. Durch sie war es möglich, die von alters her überlieferten liturgischen Sangesweisen leichter zu verbreiten und zu Nutz und Frommen der Kirche und auch der Kunst unverändert der Nachwelt zu erhalten. Im Lateranpalast hatte einst Stankt Gregor der Große den Schatz der heiligen einstimmigen Gesänge, das Erbe und Denkmal der Väter, gesammelt, geordnet und vermehrt. Dort hatte er voll Weisheit jene hochberühmte Sängerschule gegründet, die in alle Zukunft die richtige Ausführung der liturgischen Gesänge pflegen sollte. Ebenda machte der Mönch Guido vor dem römischen Klerus und dem Papste selbst einen Versuch mit seiner staunenswerten Erfindung. Der Papst billigte sie vollkommen, lobte sie nach Verdienst und bewirkte, daß diese Neuerung allmählich weiteste Verbreitung fand und jede Art von Musik reiche Förderung dadurch erfuhr.

Omnibus igitur Episcopis atque Ordinariis, quibus quidem, cum sint liturgiæ custodes, de sacris artibus in ecclesiis cura esse debet, nonnulla hic Nos commendare volamus, quasi optatis respondentes, quæ ex tot musicis congressionibus, præcipueque ex recentiore conventu, Romæ habito, Nobis significarunt non pauci sacri Pastores ac studiosissimi rei huius præcones, quos omnes merita hic laude honestamus; eademque, ut infra, efficacioribus viis rationibusque propositis, ad effectum deduci iubemus.

I. Quicumque sacerdotio initiari cupiunt, non modo in Seminariis sed etiam in religiosorum domibus, iam inde a prima ætate cantu gregoriano et musica sacra imbuantur; propterea quod facilius tum ea perdiscunt, quæ ad modulationes sonosque pertinent; et vocis vitia, si fortasse habeant, eradicare vel saltem corrigere queunt, quibus quidem postea, adultiores ætate, mederi prorsus non possent. Ab ipsis primordiorum scholis institutio cantus et musicæ incipienda est, ac deinde in gymnasio et lycaeо continuanda; ita enim qui sacros ordines suscepturi sunt,

Wir wollen nun allen Bischöfen und Ordinarien, die ja als Hüter der Liturgie für die heilige Kunst in ihren Kirchen Sorge tragen müssen, einige Dinge ans Herz legen. Das soll auch gewissermaßen eine Antwort auf die Wünsche sein, die auf so vielen Musikkongressen, besonders auf dem jüngst in Rom stattgehabten, von nicht wenigen Seelenhirten und eifrigeren Vorämpfern dieser Sache Uns vorgetragen wurden. Ihnen sei hier das gebührende Lob ausgesprochen. Wir verordnen, daß Unsere Weisungen, für die Wir hier noch wirksamere Mittel und Wege angeben, zur Durchführung gebracht werden.

I. Alle, die Priester werden wollen, sollen nicht bloß in den Seminarien, sondern auch in den Ordenshäusern, bereits von frühester Jugend an im Gregorianischen Gesang und in der Kirchenmusik unterwiesen werden. Denn in diesem Alter lernen sie leichter, was Singen und Stimmbildung betrifft. Etwa vorhandene Stimmfehler können da ganz behoben oder doch gebessert werden, während sie später bei fortgeschrittenem Alter gar nicht mehr zu beseitigen sind. Die Unterweisung in Gesang und Musik soll schon in den Elementarschulen begonnen, im Gymnasium und Lyzeum¹⁾ fortgesetzt werden. Auf diese Weise können die Kandidaten der heiligen Weihen, wenn sie so ganz allmählich

¹⁾ Das italienische Gymnasium entspricht den unteren und mittleren Klassen unseres Gymnasiums, das Lyzeum dem Obergymnasium und dem beginnenden Hochschulstudium.

(D. Übersetzer)

cum iam cantus periti sensim sine sensu facti sint, in theologicorum studiorum curriculo, sine ullo quidem labore ac difficultate, altiore illa disciplina institui poterunt quam verissime *aestheticam* dixeris monodiæ gregorianaæ ac musicæ artis, polyphoniæ atque organi, quamque clerum pernoscere omnino decet.

II. Esto igitur in Seminariis ceterisque studiorum domiciliis, utriusque clero recte conformando, brevis quidem sed frequens ac pæne cotidiana cantus gregoriani et musicæ sacræ lectio vel exercitatio; quæ si liturgico spiritu peragatur, solatium potius quam onus, post severiorum disciplinarum studium, alumnorum animis afferet. Auctior ita pleniorque utriusque cleri in liturgica musica institutio id certe efficiet ut ad dignitatem priscam splendoremque *chorale officium* restituatur, quod pars est divini cultus præcipua; itemque ut *scholæ* et *capellæ musicorum*, quas vocant, ad veterem gloriam revocentur.

III. Quicumque in *basilicis ædibusque cathedralibus, collegiatis et conventionalibus religiosorum* cultum moderantur et exercent, iidem totis viribus contendant ut rite, id est ad Ecclesiæ præscripta, *chorale officium* instau-

mit dem Gesang vertraut geworden sind, im Verlauf des Theologiestudiums ohne jede Mühe und Schwierigkeit in jener höheren Lehrstufe unterrichtet werden, die man am treffendsten „*U st h e t i k*“ nennt und zwar die des Gregorianischen Chorals und der Musik, der Polypyphonie und der Orgelkunst. In diesem Fach gründlich bewandert zu sein ist für den Klerus durchaus geziemend.

II. Es finde also in den Seminarien und übrigen Studienhäusern zur rechten Ausbildung des Welt- und Ordensklerus eine kurze, aber häufige, fast tägliche Unterweisung oder Übung im Gregorianischen Gesang und in der Kirchenmusik statt. Wenn das im liturgischen Geiste geschieht, wird es nach dem Studium der ernsteren Fächer für die Alumnen eher eine Erholung als eine Last sein. Eine solche umfangreichere und gründlichere Durchbildung des Welt- und Ordensklerus in der liturgischen Musik wird sicher dahin führen, daß der *Chordienst*, der einen Hauptteil des Gottesdienstes bildet, seine frühere Würde und seinen früheren Glanz zurückhält und ferner, daß die sogenannten *Sängerschulen* und *Chöre* ihren alten Ruhm wieder erlangen.

III. Alle, die in den Basiliken und Kathedralen, den Kapitel- und Klosterkirchen den Gottesdienst anordnen und ausüben, sollen mit allen Kräften darnach streben, daß der *Chordienst* in der rechten Weise, das heißt, nach den Vor-

retur; neque id solum quod ad commune præceptum spectat divini officii peragendi *digne* semper, *attente* ac *devote*, sed etiam quantum ad canendi artem attinet; in psallendo enim, et iusta tonorum ratio curanda est una cum mediis suis numeris clausulisque ad sonum exquisitis, et congruens ad asteriscum mora, et plena denique concordia illa in psalmodicis versiculis hymnorumque strophis conclamandis. Quæ si egregie efficiantur, omnes rite psallentes, cum suorum animorum in adorando Deo unitatem mirifice ostendant, tum, in moderata duarum chori partium vice, sempiternam illam Seraphim laudem, qui clamabant alter ad alterum: »*Sanctus, Sanctus, Sanctus*« æmulari videntur.

IV. Ne quis autem in posterum faciles excusationes prætexat ut ab officio Ecclesiæ legibus parendi liberatum se existimet, ordines canonicorum omnes ac religiosæ eadem communitates de his rebus in statis cœtibus agant; et quemadmodum olim *cantor* erat seu *rector chori*, ita in posterum in canonicorum et religiosorum choris aliquis eligatur peritus, qui cum liturgiæ cantusque choralis normas in usum deducendas curet, tum singulorum vel chori universi vitia

schriften der Kirche erneuert werde, nicht nur entsprechend der allgemeinen Vorschrift, daß göttliche Offizium immer würdig, aufmerksam und andächtig zu verrichten, sondern auch, was den Gesang angeht. Beim Psallieren ist auf die rechte Tonart mit der ihr entsprechenden Mittel- und Schlusskadenz zu achten, auf Einhalten der Pause beim Asteriskus¹⁾ und auf genaue Übereinstimmung beim gemeinsamen Singen von Psalmversen und Hymnusstrophen. Wenn diese Vorschriften vortrefflich zur Ausführung gelangen, legen alle, die gut psallieren, in bewundernswerter Weise ihre Einmütigkeit bei der Anbetung Gottes an den Tag; ja, man gewinnt den Eindruck, als ahnten sie in der harmonischen Abwechslung beider Chorseiten jenes ewige Lob der Seraphim nach, die einander rufen: „Heilig, Heilig, Heilig!“

IV. Damit aber fürderhin niemand billige Entschuldigungen vorbringe und meine, er sei frei von der Pflicht, den Befehlen der Kirche zu gehorchen, so sollen alle Kanoniker der verschiedenen Arten und ebenso die Ordensgemeinschaften in ihren festgesetzten Konferenzen sich mit diesen Gegenständen befassen. Wie man einst einen Kantor oder Chorleiter hatte, so werde in Zukunft für die Chöre der Kanoniker und Ordensleute ein Musikundiger bestimmt. Er hat dafür zu sorgen, daß die Normen der Liturgie und des Choralgesanges in die Praxis umgesetzt werden und soll die

¹⁾ Das Sternchen bei der Versmitte. (D. Übersetzer)

emendet. Quo in genere prætereundum non est, ex veteri constantique Ecclesiæ disciplina atque ex ipsis capitularibus constitutionibus quæ adhunc vigent, quotquot ad chorale officium tenentur, eos omnes saltem cantum gregorianum rite pernoscere oportere. Cantus vero gregorianus, in ecclesiis omnibus cuiusvis ordinis adhibendus, is est qui ad veterum codicum fidem restitutus, ab Ecclesia in editione authentica, vaticanis typis, iam propositus est.

V. *Capellas* etiam *musicorum* iis omnibus ad quos spectat commendatas hic volumus, utpote quæ, decursu temporum, in antiquarum *scholarum* locum suffectæ, eo pacto in basilicis maioribusque templis constitutæ sint ut polyphonicam præcipue musicam ibidem efficerent. Quam quidem ad rem, merito *polyphonia* sacra post gregorianum cantum altero loco haberi solet: ideoque vehementer Nos cupimus ut *capellæ* huiusmodi, quemadmodum a sæculo XIV ad sæculum XVI florerunt, ita hodie illuc maxime renoventur ac revirescant ubi divini cultus frequentia et amplitudo maiorem cantorum numerum exquisitioremque eorum delectum postulant.

VI. *Scholæ puerorum*, non modo apud maiora tempa et cathedrales, sed etiam penes

Fehler der einzelnen wie des ganzen Chores beseitigen. Es bleibe dabei nicht unerwähnt, daß auf Grund alten, ständigen Brauches der Kirche und der jetzt noch geltenden Kapitelsstatuten alle, die zum Chordienst verpflichtet sind, sich wenigstens im Gregorianischen Choral gründlich auskennen müssen. Der Gregorianische Choral aber, der in allen Kirchen jeden Ranges verwendet werden soll, ist jener, der nach der Vorlage der alten Handschriften wiederhergestellt und von der Kirche in der authentischen Ausgabe der Vatikanischen Druckerei seinerzeit veröffentlicht worden ist.

V. Auch die Kirchenchoren wollen Wir allen denen, die es angeht, hier empfehlen. Sie sind im Laufe der Zeit an die Stelle der alten Sängerschulen getreten. An den Basiliken und größeren Kirchen wurden sie eingerichtet, um dort vor allem polyphone Musik aufzuführen. Hier sei bemerkt, daß die kirchliche Polyphonie mit Recht nach dem Choral die zweite Stelle einzunehmen pflegt. Daher wünschen Wir dringend, daß diese Chöre, wie sie vom 14.—16. Jahrhundert in Blüte standen, heute besonders dort sich erneuern und wieder aufblühen, wo der zahlreiche Besuch und die Pracht des Gottesdienstes eine größere Zahl von Sängern und deren sorgfältigere Auswahl erfordern.

VI. Knabenchoren mögen nicht nur an den Kathedralen und größeren Kirchen, sondern auch an kleine-

minores et parœciales ædes excitentur; pueri autem a *capellarum* magistris ad recte canendum instituantur ut ipsorum voces, iuxta veterem Ecclesiæ morem, virorum choris sese adiungant, maxime cum in polyphonica musica, ut olim, adhibendæ sint pro suprema voce, quæ *cantus* appellari consuevit. Ex eorum numero, sæculo præsertim XVI, polyphoniæ auctores peritissimi, uti est compertrum, prodiere, quos inter omnium facile princeps Ioannes ille Petrus Aloisius Prænestinus.

VII. Quoniam vero didicimus tentari aliquibi ut quoddam musicæ genus resumatur, saecorum officiorum perfunctioni haud omnino congruens, præsertim ob immoderatiorem instrumentorum usum, Nos quidem hic profitemur cantum cum symphonia coniunctum nullo modo ab Ecclesia tamquam perfectiorem musicæ formam rebusque sacris aptiorem haberi; etenim magis quam instrumenta, vocem ipsam in sacris aëdibus resonare decet: vocem nempe cleri, cantorum, populi. Neque est autem putandum incremento musicæ artis Ecclesiam obsistere, quod instrumento cuilibet humanam vocem anteponat; siquidem nullum instrumentum, quamvis eximum atque perfectum, in exprimendis animi

ren Gotteshäusern und Pfarrkirchen ins Leben gerufen werden. Die Knaben aber sollen von den Chorleitern im richtigen Singen unterwiesen werden, damit nach altem Brauch der Kirche ihre Stimmen sich mit dem Chor der Männer vereinen. Hauptächlich beim polyphonen Gesang verwende man sie, wie ehedem, für die oberste Stimme, den sogenannten Cantus. Aus den Reihen dieser Knabenchöre gingen bekanntlich, vor allem im 16. Jahrhundert, die tüchtigsten Schöpfer polyphoner Werke hervor, unter ihnen Giovanni Pierluigi von Palestrina, unbestritten der größte von allen.

VII. Wir haben nun aber erfahren, daß mancherorts versucht wurde, eine gewisse Art von Musik wieder einzuführen, die zu den heiligen Funktionen nicht in allweg paßt, besonders wegen des maßlosen Gebräuches von Instrumenten. Daher sprechen Wir es hier feierlich aus, daß die Kirche den Gesang mit Orchesterbegleitung keineswegs als eine vollkommenere und für den Gottesdienst geeignetere Musikart betrachtet. Denn es geziemt sich, daß im Heiligtum mehr als die Instrumente die menschliche Stimme erschalle: die Stimme des Klerus, der Sänger und des Volkes. Doch darf man nicht glauben, die Kirche stehe, weil sie die menschliche Stimme jedem Instrument vorzieht, dem Fortschritt der Musik entgegen. Denn kein Instrument, so vortrefflich und vollkommen es auch sei, vermag die menschliche Stimme im Ausdruck seelischer Empfin-

sensibus humanam vocem superare potest, tum maxime cum ipse animus ea utitur ut preces et laudes ad omnipotentem Deum extollat.

VIII. Est quidem Ecclesiae proprium musicum instrumentum a maioribus traditum, *organum*, ut aiunt; quod, ob miram quandam granditatem maiestatemque dignum habitum est ut cum liturgicis ritibus coniungeretur, si-
ve cantum comitando, sive, silente choro, ad præscripta, harmonias suavissimas eliciendo. At vero in hoc etiam illa vitanda est sacri et profani permixtio, quæ causa cum fabrorum qui organa conficiunt, tum modulatorum quorundam qui novissimæ musicæ portentis indulgent, huc demum evaderet ut de ipso ad quem destinatur fine mirificum hoc instrumentum deflecteret. Evidem ad liturgiæ normas Nosmet ispi optamus ut quæcumque ad organum spectant nova semper incrementa capiant; sed temperare Nobis non possumus quin conqueramur quod, uti olim aliis musicæ formis quas merito Ecclesia prohibuit, ita hodie novissimis sane formis tentetur ut in templum profani spiritus inveniantur; quas quidem formas, si gliscere inciperent, facere non posset Ecclesia quin omnino damnaret. Personent in templis ii tan-

dungen zu übertreffen. Das gilt am allermeisten, wenn sich die Seele der Stimme bedient, um Gebete und Loblieder zum allmächtigen Gott emporzusenden.

VIII. Nun hat die Kirche aus alter Zeit ein eigenes Instrument überkommen: die Orgel. Sie wurde wegen ihrer geradezu wunderbaren Klangfülle und Erhabenheit für würdig erachtet, bei den liturgischen Handlungen mitzuwirken, sei es zur Begleitung des Gesanges, sei es, um beim Schweigen des Chores nach den gegebenen Vorschriften anmutige Klänge ertönen zu lassen. Aber auch hier ist die Vermischung von Heiligem und Profanem zu vermeiden. Eine solche müßte durch die Schuld sowohl der Orgelbauer als auch gewisser Orgelspieler, die den Überschwänglichkeiten der modernsten Musik zugetan sind, nur das eine bewirken, daß dieses herrliche Instrument seinem Zweck, zu dem es bestimmt ist, entfremdet würde. Auch Wir wünschen zwar, daß die Orgel, soweit es den Normen der Liturgie entspricht, in jeder Hinsicht stets Verbesserungen erfahre. Aber Wir können nicht umhin, Klage zu erheben. Wie einst durch andere Musikformen, welche die Kirche mit Recht verboten hat, so versucht man heute mit den modernsten Formen, dem weltlichen Geist in die Kirche Eingang zu verschaffen. Sollte es dazu kommen, daß diese Formen weiter um sich greifen, dann müßte sie die Kirche unbedingt verurteilen. In den Kirchen soll die Orgel nur solche Harmonien erklingen

tum organi concentus qui maiestatem loci referant ac rituum sanctitudinem redoleant; hoc enim pacto ars tum fabrorum in construendis organis, tum musicorum in eisdem adhibendis, revirescat ad liturgiæ sacræ efficax adiumentum.

IX. Quo autem actuosius fideles divinum cultum participant, cantus gregorianus, in iis quæ ad populum spectant, in usum populi restituatur. Ac revera pernecesse est ut fideles, non tamquam extranei vel muti spectatores, sed penitus liturgiæ pulchritudine affecti, sic cærimoniis sacris intersint — tum etiam cum pompæ seu processiones, quas vocant, instructo cleri ac sodalitatum agmine, aguntur — ut vocem suam sacerdotis vel scholæ vocibus, ad præscriptas normas, alterntent; quod si auspicato contingat, iam non illud eveniet ut populus aut nequaquam, aut levi quodam demissoque murmure communibus precibus, liturgica vulgarive lingua propositis, vix respondeat.

X. In hoc utriusque cleri industria desudet, præeuntibus quidem Episcopis et locorum Ordinariis, ut, per se vel per alios rei peritos, liturgicam musicamque populi institutionem curent, utpote cum doctrina christiana con-

lassen, welche die Majestät des Ortes zum Ausdruck bringen und uns die Weihe der heiligen Handlungen empfinden lassen. Auf diese Weise wird die Kunst sowohl der Orgelbauer als auch der Organisten wieder zu einer wirksamen Stütze der heiligen Liturgie werden.

IX. Damit aber die Gläubigen aktiver am Gottesdienst teilnehmen, soll der Gregorianische Choral beim Volk wieder eingeführt werden, so weit er für das Volk in Betracht kommt. Es ist in der Tat durchaus notwendig, daß die Gläubigen nicht wie Fremde und stumme Zuschauer, sondern von der Schönheit der Liturgie ganz ergriffen, an den heiligen Zeremonien so teilnehmen, daß sie mit dem Priester und dem Sängerchor nach den gegebenen Vorschriften im Gesange abwechseln. Das gilt auch, wenn bei feierlichen Umzügen, Prozessionen genannt, Klerus und fromme Vereine in geordnetem Zuge mitgehen. Wenn das gut gelingt, dann wird es nicht mehr vorkommen, daß das Volk entweder gar nicht, oder kaum mit einem leisen, unverständlichen Gemurmel auf die gemeinsamen Gebete antwortet, die in der liturgischen oder der Volkssprache vorgebetet werden.

X. Welt- und Ordensklerus sollen unter Führung der Bischöfe und Ortsordinarien allen Fleiß anwenden, um persönlich oder durch andere Sachkundige dem Volk Unterweisung in Liturgie und Kirchenmusik zu bieten. Solche Unterweisung ist ja ein Stück des Re-

iunctam. Quod quidem facilius efficietur scholas præcipue, pia sodalicia ceterasque consociationes liturgicis cantibus instruendo; religiosorum autem, sororum ac piarum feminarum communitates alacres sint ad hunc finem assequendum in variis institutis quæ sibi ad educandum et erudiendum concedita sunt. Itemque valde ad hanc rem valituras esse confidimus eas societas quæ in nonnullis regionibus, ecclesiasticis auctoritatibus obsequentes, musicam sacram ad Ecclesiae leges restaurare contendunt.

XI. Ad hæc omnia, quæ sperantur, adipiscenda peritis magistris iisdemque frequen-
tissimis omnino opus est. Quo in genere,
Scholis et Institutis illis, passim per catholi-
cum orbem conditis, debitas laudes tribui-
mus; siquidem disciplinas huiusmodi dili-
genter docendo, præceptores optimos ido-
neosque effingunt. Sed maxime memorare
hoc loco ac dilaudare placet *Pontificiam*
Scholam musicæ sacræ altius tradendæ, quæ
inde ab anno MCMX in Urbe a Pio X con-
stituta est. Hanc Scholam, quam deinde
proximus decessor Noster Benedictus XV
studiose provexit novaque sede donavit, Nos
quoque peculiari quodam favore prosequi-
mur, tamquam pretiosa Nobis hereditate a

ligionsunterrichtes. Das wird sich um so leichter machen lassen, wenn vor allem die Schulen, Bruderschaften und anderen religiösen Vereine im liturgischen Gesang unterrichtet werden. Die Kommunitäten der Ordensleute, Schwestern und frommen Frauen sollen dieses Ziel mit allem Eifer zu erreichen suchen in den verschiedenen Anstalten, in denen ihnen Erziehung und Unterricht anvertraut sind. Auch hegen Wir die Zuversicht, daß zu diesem Werke jene Vereine beitragen werden, die in einigen Ländern in Unterordnung unter die kirchliche Autorität die Kirchenmusik nach den Vorschriften der Kirche zu erneuern streben.

XI. Sollen alle diese Hoffnungen in Erfüllung gehen, so bedarf es dazu notwendig kundiger Lehrer und zwar sehr vieler. Diesbezüglich erteilen Wir allen derartigen Schulen und Anstalten, die allenthalben in der katholischen Welt errichtet worden sind, das gehührende Lob. Denn durch sorgfältigen Unterricht in den entsprechenden Fächern bilden sie treffliche, geeignete Lehrer heran. Ganz besonders muß in diesem Zusammenhang erwähnt und belobt werden die Päpstliche Hochschule für Kirchenmusik, die in Rom im Jahre 1910 von Pius X. gegründet wurde. Diese Schule hat Unser unmittelbarer Vorgänger, Benedikt XV., eifrig gefördert und ihr ein neues Heim geschenkt. Auch Wir hegen für diese Schule besonderes Wohlwollen. Wir sehen sie an als kostbares Erbe, das Uns zwei Päpste hinterlassen haben und wollen sie des-

duobus Pontificibus relictam, eandemque idcirco Ordinariis omnibus magnopere commendatam volumus.

Equidem probe novimus ea omnia, quæ supra mandavimus, quantum studii postulant ac laboris. At vero quis ignorat quam multa opera quamque magno artificio confecta, nullis devicti difficultatibus, maiores nostri posteritati tradiderint, utpote qui pietatis studio ac liturgiæ spiritu imbuti essent? Neque id mirum: quidquid enim ab ipsa, quam Ecclesia vivit, interiore vita proficiuntur, mundi huius perfectissima quæque transcendit. Difficultates cœpti huius sanctissimi animos Ecclesiæ Antistitutum excitent atque erigant nedum infringant; qui voluntati nostræ concorditer omnes constanterque obsequentes, operam navabunt Summo Episcopo episcopali suo munere dignissimam.

Hæc edicimus, declaramus, sancimus, decernentes Apostolicam hanc Constitutionem firmam, validam et efficacem semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, contrariis quibusvis non obstantibus. Nulli igitur hominum liceat hanc Constitutionem a Nobis promulgatam infringere vel eidem temerario ausu contrarie.

halb allen kirchlichen Oberen aufs wärmste in Empfehlung bringen.

Nun sind Wir Uns wohl bewußt, wieviel Mühe und Arbeit all das erfordert, was Wir hier angeordnet haben. Aber wer wüßte nicht, wie überaus viele kunstvolle Werke unsere Vorfahren der Nachwelt überliefert haben, ohne sich durch irgendwelche Schwierigkeiten abschrecken zu lassen? Sie waren eben vom frommen Eifer und vom Geiste der Liturgie ganz erfüllt. Kein Wunder! Was von dem inneren Leben, das die Kirche lebt, herrührt, übertrifft die vollkommensten Werke dieser Welt. Die Schwierigkeiten dieses hochheiligen Unternehmens mögen die Hirten der Kirche aneifern und ermutigen und nicht lähmen. Indem sie alle Unserem Willen einmütig und beharrlich nachkommen, leisten sie dem obersten Hirten einen Dienst, der ihrem Hirtenamt durchaus entspricht.

Dies verkünden, erklären und verordnen Wir und bestimmen, daß diese Apostolische Konstitution immer in Kraft, Gültigkeit und Wirksamkeit sein und bleiben und ihre vollen und uneingeschränkten Wirkungen erlangen und behalten soll. Keine gegenteiligen Bestimmungen dürfen ihr im Wege stehen. Niemandem ist es also erlaubt, diese von Uns veröffentlichte Konstitution abzuschwächen oder ihr in vermessenen Beginnen gegen zu handeln.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, in
quinquagesimo sacerdotii Nostri natali, die
XX mensis Decembris anno MCMXXVIII,
Pontificatus Nostri septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,
Cancellarius S. R. E.

CAMILLUS CARD. LAURENTI,
S. R. C. Pro Præfectorus.

Iosephus Wilpert, *Decanus Coll. Proton.
Apostolicorum.*

Dominicus Spolverini, *Proton. Apostolicus.*

Concordat cum originali adprobato.

Ex Secretaria S. R. C.

die 4 Decembris 1929.

Henricus Dante Subst. adj.



Gegeben zu Rom bei Sankt Peter zu Beginn des
50. Jahres Unseres Priestertums, am 20. Dezem-
ber 1928, im 7. Jahre Unseres Pontifikates.

F r. A n d r e a s K a r d. F r ü h w i r t h,
Kanzler der heiligen römischen Kirche.

R a m i l l u s K a r d. L a u r e n t i ,
Propräfekt der heiligen Ritenkongregation.

J o s e f W i l p e r t ,
Dekan des Kollegiums der Apostolischen Protonotare.

D o m i n i k u s S p o l v e r i n i ,
Apostolischer Protonotar.